



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

B. Albertvs Magnvs. 16. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Quid potest tibi mundus conferre sine IESV? Eſſe  
ſine IESV gravis est infernus; & eſſe cum IESI  
dulcis paradiſus. Qui invenit IESVM, invenit thi-  
ſaurum bonum, inquit bonum ſuper omne bonum; &  
qui perdit IESVM, perdit nimis multum, & plus  
quam totum mundum. Thom. de Kemp. l. 2.

## B. ALBERTVS MAGNVS.

16. Novembris.

**A**LBERTVM, quem nobis Lawinga Suevorum  
dedit, MAGNVM fecit VIRGO MAGNA, in  
cujus clientelam parvulus ſe dedit. Atque haec ad-  
ſpectabilis ALBERTO, invenit ad D. Dominici ca-  
ſtra transiret. Ivit ALBERTVS; verū quod indo-  
lem ad studia tardiorēm attulifſet, penè statio-  
nem ſuam tyro defuerit. Iam fugam paranti &  
ſcalas admoventi cæli ſcala VIRGO iterum ſe obje-  
cit, utque animos ALBERTO faceret, jufſit inter  
omnes & ſacras & humanas ſcientias ejus optio-  
ne in facere, quæ maximè animo arrideret. Ille  
continuò Philosophiam expetiit. Ne tamen ſibi  
hanc ascriberet, repetituram ſe dona ſua olim  
VIRGO edixit. Itaque ALBERTVS ille nuper om-  
nium roris, per omnium ora nunc volare, Do-  
ctorque primùm Hildesheimii, tum Ratisponæ,  
Lutetiae deinde Parisiorum, Colonie Agrippinæ,  
famâ nominis orbem implere. Sed omnia dixero,  
ſi D. Thomam unicam sanctioris doctrinæ ma-  
gistrum, fuiffe diſcipulum ALBERTI dixero, qui  
infulam Ratisponensem cum primùm potuit cum  
libris suis mutavit. Sed ecce tibi dum in ultimâ  
ſenectâ orbis hoc oraculum reſponſa fundit, ſub-  
tò deficiente rerum omnium memoriâ, obticuit,  
vivumque è ſcholâ funus diſcipulorum corona-  
domum.

5.Nov. VITÆ SANC TORVM. 561

domum cum lacrymis deduxit , quas ille etiam toties fudit , quoties aures MARIE nomen pulsaret. Porro quotidie abhinc tumulum suum contemplari solitus , inscendit denique hunc anno M. CCXC. Vivit tamen hodie etiam in libris suis , & eruditionis sue fontes ubera VIRGINIS laudat.

Ex Bavar. S. Raderi.

Omnis auctus nostri Christo socio debent vel teste compleri; ut bona ipso auctore faciamus, mala propter ipsum contubernium declinemus. Erubescit enim mala facere, qui scit Christum se habere partipem: Christus enim in bonis est, in malis noster est conservator. S. Max. in Hom.

S. EDMUNDVS EPISC. 16. Novembrie.

**A**Nglos Gregorius Angelos dixit. Certè EDMUNDVS fuit. Hic nihil antiquius habuit, quam eos fugere , qui animorum ipsissimi larrones, Pyladen tamen mentiuntur. Et fortè prato solus in ambulabat , cùm videt formâ scirissimâ pusionem, capit salutem , redditque. Audit eum esse, qui latus suum in classe , & ubi ubi esset assiduus stiparet. Mox exaratum in fronte IESV nomen legit , & hoc tunc jussus est contra mortem inopinam memorie semper insixum ferre. Tam IESV igitur amicus ausus est sponsam MARIAM ambire; quod ut amor facilius impetraret , annulos sibi geminos fabricavit , è quorum gemmâ gemma altera MARIA ab Angelo salutata emicabat; horum altero VIRGINIS digitum , altero suum coronavit. Atque ita quidem ille pulchre virginitatem suam obsignavit. Ceterum cùm statas sponsæ sue , & D. Ioanni preces percurrere omisisset literis absorptus , feralam Ioannes in-

Aa 5

tentavit